

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Poenitentionarius**

**Johannes <de Garlandia>**

**[Köln], [12. März 1492]**

Circa istum textū dubitat: Primo quare pro peccato secreto nō debet  
imponi publica penitentia [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-293377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-293377)

vi. purgatorij s<sup>e</sup> p<sup>ri</sup>ta infirmitas verecūdia  
**I**gnis purificans. mors. egritudo. ruborq;  
tormenti m<sup>g</sup>nitudo v<sup>l</sup>us casus  
**E**t pene gravitas. 7 consuetudo ruine

s<sup>e</sup> p<sup>o</sup>ctis  
**H**ic confitendi modus est satisfaciendi

**F**inaliter in ista parte autor ostendit in generali quō imponēda sit pe-  
nitentia dicens. q<sup>o</sup> postq<sup>u</sup> facta est confessio de omnib<sup>us</sup> peccatis predictis  
tunc confessor notare debet penitentia quam velit iniungere. Nam si pec-  
catū fuerit publicum penitentia erit publica. 7 sic peccatū fuerit secretum  
penitentia debet esse secreta. Et vt confessor possit omnia tene 7 prudēter  
meditari debet notare affectū penitētis. causam peccati. ipsum vicium 7  
p<sup>er</sup>sonam penitentis. Dicit vltra. q<sup>o</sup> ista que sequunt<sup>ur</sup> faciunt aliquē festina-  
re ad d<sup>omi</sup>ni. scz ignis purgatorij. mors propria. egritudo. verecūdia. grau-  
tas pene. 7 consuetudo peccandi

**P**rimo quare pro peccato secreto nō debet imponi  
publica penitentia

**S**ecundo quare affectus causa vicium 7 p<sup>er</sup>sona cō-  
fiteatis debent notari

**T**ercio quō intelligenda sit illa lrā (Ad d<sup>omi</sup>ni)

**Q**uarto quare 7 p<sup>ro</sup>pter quid sit purgatorij

**Q**uinto vtrum pena purgatorij sit grauissima

**S**exto vtrum pena purgatorij agit in animā. 7 vtrum  
anima p<sup>er</sup> ipsum purgatur

**C**irca istum  
textū dubitat

**A**d primum dubium respo<sup>nd</sup>etur. q<sup>o</sup> si peccatum fuerit secretum nō de-  
bet sibi imponi publica penitentia. nam sancta mater ecclesia nunq<sup>u</sup> scan-  
dalizat aliquem nisi scandalizatus fuerit. Et pro peccato publico debet  
publica imponi penitentia. Ad secundū respo<sup>nd</sup>et. q<sup>o</sup> sacerdos primo  
debet attendere affectus penitentis. id est contritionē 7 dolorem de pecca-  
tis. amorem dei 7 preceptor<sup>um</sup> eius. intentionē abstinēdi de cetero a pecca-  
tis. fidem catholicā ipsius. 7 alia huiusmodi. quia s<sup>ec</sup>undū exigentiā istorum  
maior vel minor debet imponi penitentia. Secūdo debet confessor notare  
causam peccati. scz an sit factum ex ignorantia vel impotētia vel ex praua  
voluntate aut ex consilio. vel ex alijs h<sup>u</sup>imōi circūstantijs. Tercio debet at-  
tendere vicium. videlicet an sit veniale an mortale cum eor<sup>um</sup> circūstantijs  
Quarto debet attendere p<sup>er</sup>sonam penitentis. scz vtrum sit secularis vel re-  
ligiosus. aut in ordinib<sup>us</sup> constitutus vel non. an sit vir vel mulier. vtrum sit  
liter vel seruus. an diues vel pauper. an senex vel iuuenis. an sapiens vel  
stultus. 7 sic de alijs h<sup>u</sup>imōi circūstantijs. quia s<sup>ec</sup>undū diuersitate istor<sup>um</sup> penitē-  
tia debet variari s<sup>ec</sup>undū iudicium discreti ac sapientis confessoris. Ad tertiū  
respo<sup>nd</sup>etur. q<sup>o</sup> ille textus (Ad dominū festinandū 7c.) potest duplici-  
ter intelligi. Primo sic. scz q<sup>o</sup> illa que ponunt<sup>ur</sup> in littera sunt cause festinan-  
di ad dominū. id est confitendi peccata 7 agēdi penitentia 7 disponēdi  
se ad x<sup>p</sup>m venire. Alio modo potest intelligi q<sup>o</sup> illa que ponunt<sup>ur</sup> in lit-  
tera scz ignis purgatorij mors egritudo 7c. sunt cause festinandū ad d<sup>omi</sup>ni  
id est post mortem citius veniēdi ad x<sup>p</sup>m.

**A**d quartum r̄detur. q̄ multis de causis ordinatū est purgatorium.  
**P**rima est. quia homines valde boni habent regnum celoz. boies vero  
valde mali habent infernum. ⁊ per ⁊sequens homines mali malicia ve  
niali habent locum ad delendū peccata. ⁊ ille erit purgatorū. **S**ecunda  
causa est. qz sicut summa bonitas xp̄i non patitur aliquid bonū irremu  
neratū. sic summa iusticia eius nō patitur aliquid malum impunitū. **T**er  
cia causa est. qz claritatē diuine lucis solum oculi mundi cordis cernere p̄ne  
ergo necērium est purgatorū clarificans siue mundans animas de pecca  
tis suis. de quibus non condignā fecerunt penitentiā in presenti vita.  
**Q**uarta causa est. quia p̄ culpam diuinitas offensa est. ergo requiritur satisf  
factio. **S**icut quia diuina hymago in nobis p̄ malum difformata est. ideo re  
quirit expurgatio. **Q**uinta causa est. quia p̄traria p̄trarijs curantur. ergo  
delectatio peccati deleri p̄ pena purgatorij. **A**d quintum r̄detur fm̄  
magistrū sententiaz libro quarto sic dicens. **N**ec autē ignis purgatorij et  
si eternus nō sit numero. t̄n modo grauis est ⁊ excedit omnē penam quā  
v̄nqz aliquis passus est in hac vita. nunqz em̄ in carne inuēra est tanta pe  
na. licet em̄ martires passi sint innumerabilia tormenta. excellit t̄n ignis  
purgatorij omnia ista. **A**d sextum r̄detur. qz ignis purgatorij potest  
dupl̄r considerari. **U**no mō vt est instrumentū nature. ⁊ sic nō agit in ani  
mā sed solum in corpus. **A**lio mō vt est instrumentū diuine iusticie. ⁊ sic  
agit in animā imprimendo illi penitentiā. **S**i t̄nc queratur. vt̄rum ille  
ignis eq̄l̄ter agat in animas. sic qz non magis agat in vnam qz in altiam.  
**R**espōdetur qz non. sed ex diuina ordinatione ignis ille fm̄ magis ⁊ mis  
nus cruciat animas. fm̄ qz quelibet anima plus vel minus de peccatis se  
cum portat. **H**undemus ergo nos vera p̄tritione cōfessione et operis sa  
tisfactione. vt festinare possimus ad gloriā dei. quā nobis concedat qui  
est benedictus in secula seculoz. **A D O R**